



J O S E P H V S

e Titulo Presbyterali S. Mariae de Victoria

S. R. E. CARD. CAPRIO

EQVESTRIS ORDINIS S. SEPULCRI HIEROSOLYMITANI MAGNVS MAGISTER

*Illustri-
obilissimum Equestrum Ordinem, iam antiquis temporibus institutum ad tuendum honorandumque Hierosolymis Divini Redemptoris Sepulcrum, Romani Pontifices impensa benevolentia sunt prosecuti, cuius crebra eluxerunt testimonia. Pius IX eiusque Successores temporum necessitatibus Ordinem accommodare contenderunt, sancientes ut eodem condecorarentur sive clerici sive laici, qui de terrestri Christi Iesu patria egregie meriti essent, vel erga eam essent operam navaturi. Haec ob oculos habentes, facultate Nobis Magistro a **SVMMO PONTIFICE** feliciter regnante concessa, conferendi scilicet diplomata clericis atque laicis utriusque sexus in numerum Equestris Ordinis a S. Sepulcro in Hierusalem adscribendis, eligimus, nominamus, creamus atque instituimus Te,*

Rev. m. D. num **ROBERT L. STERN**
COMMENDATOREM CVM NOMISMATE

tribuentes Tibi facultatem insignia eiusdem Militiae gestandi, iuxta gradum Dignitatis Tuae, una cum omnibus privilegiis, gratiis, praerogativis, quibus fruuntur fruunturve Sodales, aequae ac Tu in praedicto Ordine eadem Dignitate exornati. In quorum fidem hoc diploma exarari mandavimus, Nostra subscriptione signatum sigilloque munitum D. N. Iesu Christi Resurgentis et Nostro, Tibi remittendum.

*Datum Romae, ex Actibus Ordinis die **XXII · XI · MCMXCV***

Secretaria Status, XVIII · IV · MCMXCVI

~ VISUM ~

*Handi
Assessor*

Rev. Stern

